

Nos Annianus siue Consul, solusq; ditionis Underwaldie quod est Syluaniæ superioris Reip:^a partis, in Helue-
tia Senatus: Omnibus et singulis presentes inspecturis, Salutem in Dño sempiternam
Nolum igitur sit uniuersis et singulis cuiuscunq; status uel ordinis dignitatisq; perquam honestum Circumspectumq; uirum Wolfgangum Singer nostrum patriotam charissimum, uicarium parochie Saxlen loci Beati Fratris Nicolai Anachorite nostri in Underwaldia, Constantiensis Diocesis, uere catholiceq; religionis amatorem coram nobis summa frequentiq; Senatu die mensis Aprilis decimo quinto, Anni instantis M. DC. XVII. hac subsequenti ac humili petitione comparuisse nobisq; ut sequitur iudicasse. Quod nimirum iam multo ante cum pietatis ac deuotionis, tum anime salutis ergo primo ad sanctissimam celeberrimamq; B^{te} M^o V^{is} E^{dem} diuinitus consecratam miraculisq; multis ac magnis fulgentem, loci Hæremitarum, uulgo Einsidlen, exinde ad sanctissimum gloriosissimumq; Dñi nostri Iesu Christi Saluatoris sepulchrum quod est in Hierusalem nec non alia Iudæe seu Palestine loca, Deo ter Opt: placido, ac Diuæ V^{is} Mariae dedicata aliorumq; in honore Sanctorum consecrata proficisci statuerit ac uouerit. Cum uero se testimonia ueritatis munici honestum, sibiq; necessarium uideret ac id omnibus a nobis efflagitauit precibus. Nos itaq; petitionem eius honestam Deo Diuæq; uicæ Mariæ acceptam iudicantes et cum ueritatis testimonium nemini denegari debeat, has testimoniales fide dignas, tum de qualitate aeris tum exhibitiois harum, uibe statu ei concessimus. Testificanda, die tum nobisq; per dilectum nostrum cum licentia, et nulla infirmitate aut aliquo morbo affectum, sed sanum purumq; ab omni male existimationis nota (quod quidem scire possumus) a nostris discessisse finibus. Testamus insuper in regione uel ditione nostra, alijsq; confinibus locis aeris temperiem insalubris, uel morbum lethi: pestiferumq; non grassari, sed temperatissimo ac felicissimo (laus Superis) frui caelo, et iam longum temporis interuallum usi. Quamobrem omnes et singulos quocunq; dignitatis titulo fulgentes rogamus et obsecramus, ut p^{ro}minato esse auxilio, ipsamq; per terram aquam ciuitates et opida ire realiteq; dignemini. Quod cum factum fuerit, nos promptos uersus quemq; ad quemq; prestancia possibilia prestemur et obligamus. Sicq; celo fore existimantes, Deum remuneratorem omnium, omnia uicita seu beneficia in peregrinantes collata, suo tempore recompenaturum. Ad maiorem horum omnium confirmationem, has patentes siue testimoniales, consueto nostri imperii sigillo, sub signa-
ri curauimus. Sarno pagi superioris Syluaniæ partis, primarij. Die et Anno ut supra.

